

De opere prime diei.

Oritur deus fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucem quod esset bona. Et diuisit lucem a tenebris. Appellauitque lucem diem. Et tenebras noctem. Factumque est vespere et mane dies unus. Moyses mirum artificium diuina non humana industria totius nature secretis apte conuenienter in suo libro ostendit. quod omnem doctrinam et eloquentiam et ingenium superat. Philosophus enim dicitur. quod est vera lux. lucemque diligens. omnia in luce faciens. Mundum fabricam a luce rectissime inchoauit. Que tribus diebus usque ad quartam (in qua lunaria formata sunt) circuitu suo diem naturale pergit. Et tunc nobilissimum corporum spirituali creature finitimum atque optimum. suam pulcritudinem maxime conicans. Cum puerum minimum totius mundi spacium repleat. Ideo lux sola est. quod mundus totus bonus et pulcher est: per inundationemque sine corruptione transiens. Et merito lucem vidit quam bona. Cum nihil aliud sit quam primi boni imago tenuis et umbratilis similitudo. Statim tractate spiritu aquas illas et puadente subiectum iussu dei artificis exorta est lux decus et splendor: ut nubes lucida superiores mundi partes sua claritate illuminas. ut in diluculo fieri solet: per modum solis agitata: superius emisperiū: et vicissim inferius illuminas. Et postea diuisit: ut tenebre et lux diuersa emisperia vendicaret. Appellauit lucem diem a claritate que purgat tenebras: tenebras a nocendo noctem. ne oculi videant. Secundum hanc partem dimensionem diem fecit et noctem. que spacium et orbem temporum perpetuos ac volubiles quos vocamus annos alterna per vices successione perficiat. Ac factum est dies unus: quod fuit primus dies seculi: non primus dierum omnium ideo non primus sed unus nominatur est. Et sic eo die fecit deus materiam informem. Angelos. Celum. lucem. terram. aquam et aerem etc. Spiritus quoque terre binas partes trias inter se diuersasque constituit. scilicet orientem occidentemque. Ex quibus oriens deo accersit. quia ipse luminis fons et illustrator est rex. Et quod oriri nos faciat ad vitam sempiternam. Occidens autem perturbate illi puerque menti ascribitur. quod lumen abscondat. quod tenebras spiritum inducat. Et quod homines faciat occidere et interire partem. Nam sic lux orientis est. In luce autem vite ratio versatur. sic occidentis tenebre sunt. In tenebris autem mors et interitus continetur. Deinde alteras partes eadem ratione dimensus est: meridiem ac septentrionem: que partes illis duabus societate iunguntur. Ea enim que est sol calore flagrantior propria est: et coheret orienti. At illa que frigoribus et perpetuo gelu torpet. eiusdem est cuius extremus occasus. Nam sic tria sunt luminis tenebre: ita frigus calori. Et igitur calor luminis est primus: sic meridiem orienti: ut frigus tenebris. ita plaga septentrionis occasui. Hec omnia opus quarte diei uberius manifestabit.

